UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto paulo abbate. Cap[itulum]. lx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Calixtus et cariſius ⁊ alij ſeptẽ cõſocij eorũ apd̃ ciuitatẽ corĩthũ martyriũ paſſi ſunt. Qui oẽs ꝑ confeſſiõe noĩs xp̃iani in pelago demerſi ꝑpetuas triumphi palmas a dño percipere meruerũt. xvi. kalendas maij: vt dicit ado.

¶ De ſanctis decẽ ⁊ octo martyribus. Cap̃. lvi.

Decem ⁊ octo martyres in ciuitate ceſarauguſtana martyrium paſſi ſunt. Quorũ noĩa ſunt hec: quintilianus: caſſianus: ſaturninus publius: vrbanus: martialis: fauſtus: ſucceſſus: felix: ianuarius: primitiuus: euotus: cecilianus: optatus: frõto: lupertus: apodemus: iulius. Hi omnes ſub daciano hiſpaniarũ preſi de diuerſis affecti penis atqꝫ interfecti ſunt. xvi. kalendas maij.

¶ De ſancto aniceto papa ⁊ martyre. Cap̃. lvij.

Anicetus papa ⁊ martyr natione ſyrus ex patre iohãne: pio romano põtifici in ep̃atu ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. ix. menſes. iij. dies. iiij. Hic conſtituit vt clericus non nutriat barbã: nec comã: ⁊ habeat coronam ad modũ ſpirule: cõſtituit etiã ꝙ ep̃s non debeat cõſecrari: niſi adminus a tribus ep̃is. Si aũt archiepiſcopus debeat conſecrari omnes prouinciales ep̃i debeant adeſſe: ſicut omnes tenent̃ ei obedire. Item ſtatuit vt ſi aliquis epiſcopus haberet aliquid cõtra ſuum archiep̃m: nõ alio eſt deferendus: niſi ad primatẽ: vel ad ſedẽ apoſtolicam. Et vt nulli archiep̃i primates vocent̃: niſi illi qui primatũ tenẽt ciuitatũ: quarũ ep̃os apoſtoli: vel eorum ſucceſſores regulariter patriarchas ſtatuerũt: ſed metropolitani vocent̃. Hic fecit ordinationes. v. per menſem decẽbrium: preſbyteros. xvij. diacones. iiij. epiſcopos per diuerſa loca. ix. Qui tempore ſeueri ⁊ marci imperatorum martyrio coronatur. Et ſepultus eſt ĩ cimiterio calixti via ap̃ia. xv. kal̃. maij. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xv.

¶ De ſancto Mapalico ⁊ ſocijs martyribus. Cap̃. lviij.

Mapalicus martyr cũ pluribꝰ alijs paſſus eſt apud aphricam ciuitatẽ tagaſteſi. De quo beatus cyprianus in epiſtola ad martyres ⁊ cõfeſſores multa laudabilia ſcripſit: et ꝙ martyrium ſuũ prophetica voce predixit. Qui omnes martyrio coronati ſunt. xv. kal̃. maij.

¶ De ſancto heleno habate. Cap̃. lix.

Helenus abbas cum in heremo habitaret ⁊ cũ fratribꝰ cibaria deferret aggrauatus pondere onagros vidẽs eis precepit: vt in xp̃i noĩe vnus eorũ eiꝰ ſarcinam portaret. Quod ⁊ factũ eſt: vno ex illis ſarcinam ad locum conſtitutũ cũ mãſuetudine deferente. Alio tp̃e inuenit fratres diem dñicum minus ſolenniter celebrantes: quia ſacerdotis cõmunione carebant. Et dum iret ꝓ ſacerdote crocodilũ in flumine reptum aſcendit: ⁊ ſup̱ ipſum flumen trãſiens ad cellã preſbyteri venit: quẽ ſecum adduxit: ⁊ flumen vt prius trãſiuit. Dũqꝫ ſacerdos timore ſerpentis fugeret ſctũs illum ſigno crucis diſſepſit: ſicqꝫ de cetero p̃ſbyter ſecurus ad fratres acceſſit. ¶ Iuuenis helenũ ad heremũ ſecutꝰ grauiter de carnis vitio tentabatur. Ille vero digitum in arena circa cellam iuuenis duxit: ⁊ circulum fecit: ac demonibus ne ſignum illud pretergrederẽtur expreſſe mandauit: moxqꝫ frater a tentatione exinde ſecurus permanſit. Dum aũt fratres vndiqꝫ ad eum venirent: continue iuuenis incognitus eidẽ apparebat: ⁊ cibos ꝓ aduenis deferebat: ac illico abibat. ¶ Dum ſemel cum quodã heretico diſputaret: ⁊ argumẽta eius ferre nõ poſſet ignem accendi fecit: vt quis eorum igne non vteret̃: fidem habere verã probaret̃. Quẽ helenus intrans dudum in flammis illeſus ꝑmanſit: ⁊ intactus exiuit. Hereticus vero intrare nolens confuſus abijt. Dormiuit in xp̃o vir ſanctus. xv. kalen. maij: hec heraclides.

¶ De ſancto paulo abbate. Cap̃. lx.

Paulus abbas ĩ libya quingẽtos mõachos habuit quos monitis ſalutaribꝰ ⁊ exemplari vita in viã ſalutis direxit. Qui diebus ſingulis: nec cibum ſumebat: nec manibꝰ operabat̃: donec. ccc. oratiões deo ſolueret genuflexo: quas numero lapidũ ponebat: ⁊ ad ſingulas orationes lapides in ſinum remittebat: vt dicit heraclides: ⁊ ipẽ ĩ xp̃o pauſauit die quo ſupra videlꝫ. xv. kalen. maij.

¶ De ſanctis Eleutherio ep̃o ⁊ Antia martyribus. Cap̃. lxi.

Eleutheriꝰ ep̃s ⁊ antias mater eius paſſi ſunt rome ſub adriano imperatore: cuius pater nobilis ſenator: dũ decederet: matri puerũ cõmedauit. Illa vero xp̃ianiſſima filiũ ſacris litteris erudiẽdũ cuidã ep̃o tradidit. Qui iuuenẽ eruditũ de oĩbus annoꝝ. xij. in diaconẽ ordinauit: deinde annoꝝ. xviij. ad ſacerdotiũ ꝓmouit: deinde cũ multis clareret ſignis annoꝝ. xx. ad petitionẽ multoꝝ ipſum in apulia ep̃m cõſe